



Tom III
Mijakaneop Philoby.

[Faint, illegible handwritten scribble]



h

EXERCITATIONUM PHILOLOGICARUM
In

PSALMUM PRIMUM,

OCTAVA & ULT:

continens

Observationes ex eodem petitas philolog.
habebitur publicè

In Electorali Academia Wittebergensi,
PRÆSIDE

ANDREA SENNERTO,

Profess: Publ:

Respondente

M. DANIELE Ziefftrunc /

Betterfeldà-Sax. Alumn. Elect.

ad d. Junii horis antemerid.

in Auditorio Majori.

clò Ioc LIV.

WITTEBERGÆ,

Typis Johannis Röhneri, Acad. Typogr.



P-S A L M U M

PRIMUM

OCTAVA S. HIL.

Observationes ex eodem deitas philolog.

ANDREA SPINERTO

M. DANIELE SPINERTO

WITTEBERG

Typis Johannis Köhneri, Acad. Typogr.



OBSERVATIONES.

I. Abstractum pro concreto : sive Substantivum pro adjectivo, etiam in regimine, non sine emphasi insigni atque energiâ ponitur : adeoque superlativam locutionem non rarò infert. Ex, gr. Genes. III, 6. c. XII, 2. Cant. V, 16. In regim: Gen. XXIII, 6. cap. XXVI, 35. Jerem. XLVIII, 15. Conf. Præcepta nostræ ed. pag. 140. m. 10. imprimis v. CL. D. Glaff. Phil. S. lib. III. tract. I. can. 7. & 8. pag. m 25. & 28. Ita h. I. **אִישׁ הַאֲשֵׁרִי** *Beatitudines Viri*, q. dicas: beatissimus omninò Vir.

II. Rabbinum nomine **אִישׁוֹ הַאֲשֵׁרִי & הַאֲשֵׁרִי** *Ille ipse Vir* synecdochicè & per calumniam non rarò indignant Messiam, Servatorem nostrum; ut qui nominari minimè dignus sit: **אִישׁוֹ הַאֲשֵׁרִי שְׁמַת כָּאִשׁר כָּל אָדָם** *Ille nempe Vir, qui mortuus est, ut ceteri homines*: Commentar. quidam libri precum, in Jotzeroth, cit. CL. Buxtorf. in Lex. Ch. Tal. & Rabb. V. **אִישׁ** Quem in modum etiam Pontifex summus Actuum V, 28. inquit: *nonne etiam atq; etiam mandavimus vobis, ne doceretis אִישׁוֹ הַאֲשֵׁרִי דָּבַר דְּבִוְאַתּוֹ תִּשְׁמַעוּ in nomine isto? & vultis super nos inducere sanguinem אִישׁוֹ הַאֲשֵׁרִי דָּבַר דְּבִוְאַתּוֹ תִּשְׁמַעוּ hominis istius.*

III. Suprà quandoquidem diximus, **אִישׁוֹ** sexus nomen esse, atque utrumque hoc loco & alibi non rarò includere: obiter q. notari heic poterat, quod Cabalisticè quidam (autor libri **צִוּוֹר הַמּוֹר**, *fasciculus myrrha*, paraschâ **שְׁמִינִי**, Lev. II. It. Pirke R. Eleazar. cap. 12.) haud inveniustè tamen, ludant in vocabulis **אִישׁוֹ & אִשָּׁה** *Vir & mulier*: observantes contineri hisce simul sumptis

T

no-

nomen Dei decurtatum יהו, conjugii Autoris; quod sit
 symbolum adeò gratiosæ Dei præsentia in conjugio, si
 maritus nempe & uxor juxta legem Dei, quæ describitur
 hoc Psalmo, vivant: si ab hac discedant verò, &
 Deum recedere ab ipsis, ut tunc utriusque nomen, ex-
 cluso scil. יהו, maneat אש Ignis, litium nempe & jur-
 giorum, qui rarò extingvatur, sed ardeat usque ad con-
 summationem mutuam & perditionem novissimam,
 juxta illud Jobi, XXXI, 12. Conf. & Rev. pl. D. Glass. Phil.
 S. Lib. II. part. I. tract. 2. sect. 3. art. 7. pag. m. 434. Walther. in
 Officin. Bibl. art. I. observ. 2. in Genes. S. 668. p. m. 551. im-
 pr. v. CL. Buxtorf. Lex. Ch. Talm. & Rabb. v. אשה.

IV. Ebræi tempus Præsens ratione formæ sive
 inflexionis Verbi non habent: efferunt nihilominus
 id cum aliter (per participium præsens vel futurum)
 tum crebro sanè etiam per Præteritum, & nihiloscilicet
 actus continuus sive actio durans adhuc eo indicatur:
 ut hoc loco: Beatus Vir, qui non הלך ambulavit, i. e.
 ambulat: עמד stetit, i. e. stat: ישב sedit, h. e. sedet. Aben-
 Ezra in h. I. quando loqui volunt ידברו על זמן עומד
 עתיד, i. e. per tempus stans vel
 præsens, loquuntur sermone præteriti vel sermone futuri.
 Conf. saltim vel loca hæc: Psalm. XIV, 1. אמר dixit stultus
 in corde suo, h. e. dicit. psal. XXXI, 2. יהוה חסיתי. in te
 Domine speravi, i. e. spero: & alibi sæpissimè. V. omni-
 nò Dn. Glass. Philol. S. lib. III. tract. 3. can. 46. p. 370. & lib.
 IV. tr. 2. observ. 20. p. 736. præcepta nostr. ed. p. 45.

V. Negatione simplici (simpliciter positâ) con-
 trarii Ebræi vehementissimè affirmant: ut: לא ישמח אבי

לֹא יִגְדֹל נַחֲשׁוֹן *non gaudet stulti pater*, i. e. vehementissimè do-
 let. Proverb. XVII, 21. conf. Jes. XLII, 3. Zach. VIII, 17. Ita
 Matth. II, 6. Evangelista locum Mich. V, 1. reddit: ἡ δα-
 μῶς ἐλαχίστη εἶ, q. d. μέγιστη εἶ, *maxima es*: Et vicissim:
 quod affirmant maximè & expressè, negatione contra-
 rii, & ipsâ expressâ, idem illustant: negatione vel præ-
 cedente vel sequente. Sequentes, ex. c. Gen. XI, 30. cap.
 XXVII, 12. XLII, 2. præcedente, ut h. in loco nostro, Psalm.
 sc. I. vers. 1. & 2. Ezech. XVIII, 32. cap. XXXIII, II. Sic in N.
 Instrumento, Joh. III, 15. cap. V, 25. Plura exempla V. ap.
 Glass. ph. S. lib. IV. tract. 2. observ. 15. p. m. 730. seq.

VI. Et sua Scripturis divinis, licet minimè fuca-
 ta, plausibilis, delicata aut affectata, sed gravis, genui-
 na, cogens, efficax iisdemque competens Eloquentiæ
 vis est. Sunt item Orationis lumina sua, tropi & figu-
 ræ: (quemadmodum vel ex ipso hoc psalmo nostro i-
 tem dispalescit) & ut loquitur rectissimè quidam, mul-
 tò sublimiora illa efficacioraque, quàm in priscis Græ-
 corum & Latinorum monumentis: uno observato hoc
 discrimine, quod hi præcepta artis suæ (eloquentiæ
 vel oratoriæ) sequantur; illorum verò (Scriptorum divi-
 norum) sapientiam hæc eloquentiæ vis sponte sua co-
 mitetur, ac necessitudinis interioris cujusdam quasi fœ-
 dere amico utraq; hæc sint conjuncta; alterum ut alte-
 rius quoddam consequens essentielle. Vid. omninè ex
 autoritate B. Augustini, Greg. Nazianzeni: recentio-
 rum, Illyrici, Mornæi, Beza, Alstedii, And. Riveti, utri-
 usque Mirandul. Comit. Theod. Bibliandri, Gerh.
 Vosii, Theodor. Schnepfii, aliorum, nec non funda-
 T 2 men-

mentis & exemplis sufficientibus hæc prolixè & solidè
fatis probantem Rever. pl. D. D. Glassium, in Philol. S.
lib. V. epist. dedicat. ad B. D. Gerhardum.

VII. κλίμαξ sive Gradatio insignis, itemque Ἀνά-
βασις sive Incrementum tale reperitur in commate pri-
mo psalmi primi: (Facebant igitur hinc actutum A.
Stuechus, Eugubinus, Steph. Menochius, in h.l. alii, qui
παλιλλογίαν hæc agnoscunt tantum, vel, quod idem est,
quasi verò in diversis hemistichiis unum idemque sal-
tim repetatur subinde.) Climax nimirum & triplicata
quidem est, 1. in Nominibus: ἁμαρτωλοὶ *impiorum*, ἁπο-
κρίται *peccatorum*, & ἄρσοι *derisorum*. 2. Vocabulis: *con-*
silium, *via*, & *sedes, cathedra*. 3. Verbis *ambulan-*
di, *standi*, & *sedendi*. Incrementum in
Propositionibus integris tribus, simul sumptis: *qui non*
ambulat in consilio impiorum, qui non stat, &c. Hoc est:
Gradatione utitur Spiritus sanctus cum in vocibus tum
in rebus, aliquo modò sibi vicinis vel cognatis: ita qui-
dem, ut posterius membrum semper excedat prius, at-
que plus dicat vel majus quid importet priore; sic-
que Oratio crescat q. vel grandescat, donec ad sum-
mum perveniatur. Nimirum describuntur, ut ex su-
prà dictis circa analysin textus ex parte jam quoque in-
notuit: I. Subjecta sive personæ (1) improbi, (2) pec-
catores, (3) derisores, expectæ: qui II. censentur ex
qualitatibus primùm, sive habitu aut vitæ instituto: (1)
isti consilio vel animo, (2) illi viâ, vitâ moribusque, (3)
hi, obfirmati, ex utroque. III. Porro, Actionibus:
ambulandi, standi & sedendi. (Nota: R. D. Kimchi in

com-

comment. & R. AbenEsra: מתכונות הגוף dispositiones
 corporis, sive ut Kimchius: כל תכונות האדם, omnem se-
 tum vel positum hominis tribus istis verbis exponi obser-
 vant) Notantur autem vocabulis hisce: ambulandi
 quidem, interiores motus potentia, ut sic dicam, pec-
 candi actualiter proxima; standi porrò actus ipse com-
 pletus, usus sive habitus, ipsave, operatio plena; seden-
 di denique obfirmatio atque perseverantia finalis. Sci-
 licet enim summatim: grave est 1. Improbum esse ani-
 mo, ad aliquem certum finem, (quod consilii est) eun-
 demque malum ambulare, suis ire q. pedibus: majus
 tamen quid: 2. hoc (consilio) capto, peccatores imi-
 tari malitiosè, viæ insistere horum, instituta urgere, ex-
 primere, adeoque talem reverà actuque agere peccato-
 rem: maximum verò planè omnium gravissimumq.;
 3. cum irrisoribus, empectis in utroque & consilio & a-
 ctionibus malis sedere nec non acquiescere, obstinato
 animo induratoque eodem finaliter. Primum hu-
 manæ nihilominus imbecillitatis non rarò est. Alte-
 rum verò depravatæ voluntatis. Tertium, penitus de-
 speratæ, ut sic dicam, irresipiscentiæ. Haud abfimilis
 tandem videtur & Psal. II. comm. 1. 2. & 3. haberi auxesis
 vel gradatio: de quo suo loco. Sic: Psal. VII, 6. Ps. XVIII,
 38. & 39. Jes. I, 4. 1. Joh. I, 1. alibi. Vid. omninò Flacii Il-
 lyr. Clav. part. 2. tract. 4. col. m. 296. seq. D. Glass. phil. S. lib.
 V. tract. 2. c. 7. p. m. 572. seq. & c. 1. p. 518. seq.

VIII. Verbi substantivi Ellipsis frequentissima Verf. II.
 est in lingvis Oriental: præsentis verò perpetua ferme.
 Vid. Gen. I, v. 2. & 10. c. III, 6. IV, 13. V, 1. IX, 12. XI, 6. Conf.

D Glassium philol. S. lib. III. tract. 3. can. 56. pag. 403. Præcepta nostr. ed. pag. 174. ann. 6. Ita h. & impr. in loco: כִּי יָמֵם בְּחֹרֶת יִהְיֶה חֶפְצוֹ. Sic vers. 4. & c.

IX. Futuro tempore pro Præsenti imprimis utuntur Ebrai in sententiis generalioribus, cùm actus significatur continuus, vel quod perpetuò esse aut fieri solet vel debet. Ut Job. III, 20: *Quare* יִתֵּן dabit, h. e. dat, dare solet, (DEUS) *arumoso lucem*? Genes. cap. VI, 21: *Esca, que* יִכְמֹר comedetur, i. e. comedi solet vel potest. Sic hoc in Psalmo nostro, comm. 2: *Et in lege (DEI)* יִתְּנָה meditabitur die ac nocte, h. e. meditatur assiduè: & vers. 3. יִתֵּן פְּרִי יָשָׁר *qua dat*, h. e. dare solet, ferre fructum suum in tempore suo. Conf. supra Observat. IV. & præcepta nostr. ed. pag. 45. ann. 1. Glass. philol. S. libr. III. tr. 3. can. 49. p. 385. seq.

Vers. III.

X. Substantivum seipsum vel aliud ejusd. notionis (synonymum) regens evidentiam, auxesin & superlativam locutionem non raro infert. V. gr. I. Substantivum seipsum regens: עֲבָדִים עֲבָד servus servorum, i. e. vilissimus, Gen. IX, 25. מֶלֶךְ מֶלֶךְ rex regum, h. e. summus atque potentissimus, Ezech. XXVI, 7. Conf. Eccles. I, 2. cant. I, 1. Hof X, 15. & c. In quem sensum Chaldaus etiam: מֶלֶךְ מֶלֶךְ rex regum, Dan. II, 37. אֱלֹהֵי אֱלֹהִים Deus Deorum, h. e. supremus omnium & verus Deus, vers. 47. Et Syrus: מַלְכֵּי מַלְכֵּי סוֹפְרֵי & דוֹמִינֵי דוֹמִינֵי. rex regum & Dominus dominantium. Tin oth. VI, 15. Immo Græcus etiam: ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευμένων καὶ κρείστων τῶν κρείστων, h. e. summus rex & Dominus: ibidem. Ἰπὸ σὺν gloria & robore τὴν αἰῶνα τῶν αἰώνων, h. e.

h. e. secula maximè infinita, Apocal. I, 6. Et in profanis: κακῶν κακὰ, *malorum mala*, h. e. summa, apud Athæneum, lib. XV. & ἐξάτων ἑξατώ κακὰ, *extremorum extrema mala*, i. e. omnium maximè extrema: conf Erasmi. in adagiis, chiliad. II. cent. 3. proverb. 88. pag. ed Froben. 707. Etiam in Latio, apud Virgil Æneid lib. 3

Pax mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni.

II. Substantivum aliud ejusdem notionis regens. Ut, in ipso hoc nostro psalmo: על פְּלֵי מַיִם *juxta rivus aquarum*, h. e. copiosissimas aquas, vers. 3. Lutherus: an den Wasser-bächen. זֶלְעָפוֹת רִיחַ *ventus procellarum*, i. e. vehementissimus psalm. XI, 6. Luth. ein Wetter. עֲוֹנוֹתַי *peccatum iniquitatis meæ*, h. e. plurima & gravissima, psal. xxxii, 5. Luth. die Missethat meiner Sünde. מִטִּיט *è cæno luti*, h. est. cænooso, ex omnibus luti & sordium generibus mixto, ut R. D. K. explicat, seu de luto profundissimo, psalm XL, 3. Luther. aus dem Schlamm: quemadmodum etiam in Plauto in Bacch. extat: *ut eum ex lutulento cæno properè hinc ejiciat foras*. Ut unde, ab Ebræis nempe, hæc atque talia (superiora) mutuò sumpsisse Græcos atque Latinos rectè quidem censet Erasmus, supra cit. I. Sic Chaldaus quoque in hunc ipsum modum: בְּחֶסֶף טִינָה *è testâ, luto* (figuli propriè) *cæni*, Dan. II, 41. Græcus item: ἐν πυρὶ φλογός *in igne flamma*, h. e. maximè flammante; sive ut Syrus reddit: **בְּחֶסֶף טִינָה** *in vehementia ignis* 2. Thessal. I. 8. ὁ ζόφος τῶν σκοτεινῶν *caligo tenebrarum*, i. e. densissimæ tenebræ vel horribilis caligo, 2. Petr. II, 17. Jud. v. 13. III. Sic, in

in Adjectivorum rectione idem accidit. Ut: סָרִירִים
 סֹרְרִים *contumaces contumacium*, i. e. contumacissimi,
 Jer. VI, 28. גְּבֻרִים גְּבֻרֵי אֱלֹהִים *fortes potentium*, h. e. potentissi-
 mi, Ezech. XXXII, 21. Nota denique: IV. Aliquan-
 do verò duo Synonyma se invicem regunt solius elegan-
 tiæ causâ, vel certè illa significationis *δενωσις* non de-
 prehendi satis potest. Ex. c: in his atque similibus:
 נְתִיבָה נְתִיבָה *via femite*, Proverb. XII, ult. אֶפְרַיִם אֶפְרַיִם *ter-*
ra pulveris, Dan. XII, 2. οἶκία & οἰκὴς, *domus tabernaculi*,
 h. e. domus sive tabernaculum. Lutherus: Wir wis-
 sen aber so unser irdisches Haus dieser Hütten/ &c. 1. Cor.
 V, 1. Simile iudicium esto de Adjectivorum Synony-
 morum constructione nonnunq. Ac plurima similia
 his exempla V. ap. CL. Buxtorf. Thes. lib. II. cap. 3. p. m.
 31. seq. D. Glass. Phil. S. lib. III. tr. 1. can. 16. p. 56. & can. 32. p.
 116. seqq. Conf. Sixt. Amam. Antibarb. B. lib. III. p. 771. seq.
 & Præcepta nostr. ed. p. 140. seq.

Verf. IV.

XI. Pleonasmus pronominum, imprimis rela-
 tivi, admodum familiaris est Orientalibus; & adhibe-
 tur לְתוֹסֵפֶת הַבִּיאָוֹר, h. e. emphaticè & energeticè p'a-
 nè, sive ad majorem declarationem & tollendam o-
 mnem ambiguitatem. Et quadruplex ferè idem est:
 1. Integri & affixi, & vicissim: ut h. l. אֲשֶׁר הִדְרִפְנִי *quam*
dispellit eam ventus. 2. Affixi & affixi ejusdem. 3. Af-
 fixi, quod Vocem, ad quam refertur, præcedit. 4. quod
 vocem, ad quam refertur, sequitur. Vid. omninò Præ-
 cepta nostræ ed. pag. 168. seqq. Imprimis verò ille (pri-
 mus) cum pronomine אֲשֶׁר perpetuus ferè est: atque
 idem nomini Substantivo postpositum, quando ipsum
 (אֲשֶׁר)

(אשר) in cas u obliquo efferrī debet, repetit affixum
ejusdem notionis; cui (sicubi opus est) præponitur
particula inseparabilis, cum quâ ipsum (אשר) regi de-
bebat: conf. ex parte supra datum exemplum, ex psal. I.
comm. 4. Sic: זרעו אשר *cujus semen* ejus, Genes. II, II.
בו אשר quâ *in* eâ, vers. 29. & 30. Vid. omninò vicissim
præcepta nostr. ed. pag. 149. CL. Glass. ph. S. lib. III. tr. 2. can.
26. m. 3. p. 220. seq.

XII. Simplicia Verba (qualia pleraq, sunt apud Verf. V.
Ebræos, neutiquam composita aut decomposita, quem-
admodum apud Latinos & Græcos) habent etiam non-
nunquam significationem compositorum: quæ ex
contextu omninò eruenda est. Ut h. in loco, psalm. I, 5:
לא יקמו *non* subsistent, con-persistent *impii*. Sic in aliâ
significatione, pro *restare* seu *superstitem esse*, juxta non-
nullos quidem, usurpatur idem קים Amos VII, 2. & 5:
קים יקום *stabit Jacobo*, h. e. *restabit, superstes manebit*
Conf. & vid. omninò iterum CL. Glass. phil. S. lib. III. tr.
3. c. 1. p. 224. seq. Quanquam secundum alios vicissim
heic quidem in translativâ significatione accipiatur,
quam probamus & nos magis, pro *erexit, suscitavit*: quis
קים *eriget*, q. d. *Jacobum?* Græci: τίς ἀναστήσῃ. B. Lu-
therus: *Wer wil Jacob wieder aufhelffen?*

XIII. Particula negandi, sive negatio ipsa ex
priori membro repetenda aliquando est. Mich. fol. 17.
col. 4. conf. Pagnin. Gramm. pag. 446. Præcepta nostr.
ed. p. 185. ann. 8. Ut h. l. *Idcirco non consistent impii in judi-
cio, & (nec) peccatores in cœtu justorum*. Conf. Deuter.
XXXIII, 6. Psal IX, 19. XLIV, 19. Prov. XXX, 3. Jes. XLI, 28.



Verf. VI. XIV. Occurrit & in sonibus 8 nonnunquam
 & ult. *ἀντιπρόδοτον* (metaleptin alii, vel sermonis *ἰσοκαταληκῆ*
 aut vicissitudinem ellipticam vicissim alii vocant) q. v.
 dicas redditionem non habens sermo. Schema Ora-
 tionis, quando non redditur in alterutro membro,
 quod debebat & alteri respondeat: vel, quod eò redit;
 in uno membro unum, in altero alterum saltem expri-
 mitur, & tamen in utroque utrumque intelligendum.
 Quale exemplum esse in h. l. commate sc. ult. hujus
 Psalmi nostri volunt quidam; de quo disceptatum su-
 prà pluribus in analysi textus. Subjungimus heic loci
 declarationis gratiâ (in quantum hunc attinet Cano-
 nem) saltem id *Jes. XXXII, 3. Non hallucinabuntur oculi vi-*
dentium, & aures audientium auscultabunt. Cujus inte-
 ger sensus hic est: *non hallucinabuntur oculi videntium,*
sed videbunt omninò, & aures audientium auscultabunt,
 minimè verò absurdescent. Plura exempla V. apud
 sæpiùs laudatum D. D. Glass. Phil. S. lib. IV. tract. 2. observ.
 13. pag. m 725. seq.

XV. Verba (sic nomina etiam) notitiæ & sensus
 apud Ebræos (nec minus Græcos quandoque & Lati-
 nos) non rarò intelligenda sunt effectivè; vel exponen-
 da de affectu & effectu: h. e. non sunt accipienda de otio-
 sâ cognitione mentali, sed eâ, quam sequitur affectus in
 corde & effectus in re vel opere. Ex. gr. Verba: *Nosse,*
scire; nescire, ignorare significant eum, quem noveris, &
 contrà, toto corde amare, eidem bene velle, opere et-
 iam ubicunque modò poteris, id demonstrare, adeoq;
 commodorum ejus exactam rationem habere, &c
 Conf.

Conf. Deuter. II, 7. ידע novit Dominus ambulare tuum in deserto isto magno: quæ verba reddit Targum: ידעך פשוט ידעך sufficienter dedit tibi necessitatem tuam, &c. Cui loco parallelus est iste Hos. XIII, 5. Ego novi te in deserto, in terrâ sitibundâ: quem commodè reddit Megalander, Lutherus, ideò: Ich nahm mich ja dein an in der wüsten / in durren lande. Sic Gedeon Jud. VIII, 16. dicitur fecisse scire, ידע, viros Sucoth spinas & tribulos, h. e. erudit eos hisce: Luther: Lief sie es fühlen: in margine: das ist / erfahren / inne werden. Quemadmodum & in proverbio fere dicere solemus nos: Ich wil dich es lehren / was du nicht weis. Conf. & loca: Ruth. II, 10. 2. Sam. VII, 20. Prov. XII, 10. cap. XXVII, 23. Jerem. I, 5. Amos III, 2. Psalm. IX, 11. XXXI, 8. XXXVII, 18. LXXIX, 6. CXLIV, 3. Sic: Matth. VI, 23. 1. Corinth. VIII, 2. 2. Timoth. II, 19. Vid. item omninò Flacii, Illyr. CL. part. I. v. Novi: adi &, si placet, Lorinum, in h. l.

הלח אבן

F I N I S.

Verf. v. d. ...

W. ...

ON ...

...

...

...

...

...

...



01 A 6640

ULB Halle 3
003 108 309




Sb.

VD 17







B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

h

PHILOGICARUM
In

MUM

MUM,

VA & ULT:

atinens

odem petitas philolog.

itur publicè

ademia Wittebergensi,

RÆSIDE

SENNERTO,

els: Publ:

spondente

ELE Ziefftruncf /

Sax. Alumn. Elect.

nii boris antemerid.

torio Majori.

lc LIV.

TEBERGÆ,

Röhneri, Acad. Typogr.